Gradior eris. greſſus: ſignificat vado. Lact. libro. iiij. Claudis ꝟo ac pedum vitio afflictis nõ modo gradiendi/ſed etiã currendi dabat facultatẽ. Huius compoſita ſunt Aggradior/Antegredior/Congredior/Digredior/Egredior: de quibꝰ alibi. Ingredior/Introgredior. Dicimuſqꝫ Ingredior forum ⁊ in forum. Aliqñ poniť ꝓ ſimplici gradior: incedo. Virg. libro iij. Geor. Cõtinuo pecoris generoſi pullꝰ i aruis Altius ingrediť. Cice. ad Atticũ. Si dormis expgiſcere: ſi ſtas/ingredere: ſi ingrederis/curre: ſi curris/aduola. Interdum ingredi eſt ꝓuenire/ et ſe oſtendere. Plau. Nihil te pudet ſceleſte in cõſpectu igredi. Ingredi i mulierẽ/eſt mulieris ꝑſonã aſſumere. Hiero. in Pſal. interpretatione. Solet in theatris vnus homo frequẽter diuerſas habere ꝑſonas: nunc ingrediť in mulierẽ/nunc in virum/nunc in regem. Et qui in regem proceſſerat/rurſus i ſeruũ procedit. Interdum eſt quaſi incipere. Lactã. libro. vj. Iuſtus ergo quoniam duꝝ aſperũqꝫ iter ingreſſus eſt. Introgredior. Virgiĺ. Poſtq̃ꝫ introgreſſi ⁊ corã data copia fandi. Progredior: vltra ꝓcedo. Cice. in Leĺ. Id primũ videamus ſi placet: quatenus amor in amicicia progredi debeat. Hinc ꝓgreſſus et ꝓgreſſio. Idẽ lib. j. Tuſ. Qui errantiũ ſtellaꝝ motus/ꝓgreſſiones/inſtitutioneſqꝫ notauit. Hinc ꝓgreſſus ⁊ ꝓgreſſio pro proceſſu. Aliquãdo antegradior. Plau. Extremũ ita carcerem ipſum progrediť parthenopeum. Pręteꝛgradior: vltra trãſeo. Cice. Appio pul. Currens Lepta venit: mihiqꝫ nũciauit te iã caſtra ꝑtergreſſũ eſſe. Apuĺ. Cũqꝫ ſtabulum prętergreſſus fuiſſem/re cognita cępi retrocedere. Hiero. Ponã et aliã expoſitionẽ/ne quid videar prętergreſſus. Regredior: retro gradior:/reuertor. Plau. in Auĺ. Illuc regredere ab oſtio. Lactã. lib. vj. Cũ ventũ fuerit ad extremũ: vnum iã regredi nõ licet. Supgredior: ſuperambulo/ſupero: vt eſt illud: Sed tu ſupgreſſa es vniuerſas. Subtergradior/trãſgredior: vltra gradior. D. Brutus. Cic. Vt alpes trãſgredere. Lactã. lib. ij. Nemo tũc milleſimũ annũ trãſgreſſus eſt. Tranſgreſſio apud rhetores diciť: cũ ab ea ſentẽtia quã ꝓpoſuimꝰ cõuertimus ſermonẽ ad aliquã ꝑſonã/aut rẽ/aut fortunã: et tanq̃ꝫ pręſentẽ appellamus: vt Hęc mulier nuper fuit locuples ⁊ potens in amore atqꝫ delicijs neceſſarioꝝ: ornata opibus abũdabat: magnus ancillaꝝ quę ſeque

bantur/comitatus appellabatur. Nūc contra ſubito et graui caſu afflicta: vix mediocris ancillulę dignitatem retinet. O fortuna/ꝗ̄ vehemēter te rerū varietas oblectat: ⁊ ꝗ̄ magno odio ē tibi beatę vitę perpetuus ⁊ conſtās fructus.

Graſſor ſaris. quaſi a gradior frequētatiuū eſt. Feſtus. Graſſari proprie dicūtur latrones vias obſidentes. Gradi ſiquidē ambulare eſt. Unde dictū graſſari ab impetu gradiēdi. Sed cū quis graſſat̄: id eſt cū impetu ſiue frequēti gradu vadit i aliquē: et bono et malo animo graſſari poteſt. Ideo ⁊ in bonam et in malam partē accipi pōt. In bonā Sal. in Jug. Sed dux atꝗ̄ impator vitę mortaliū animus ē: qui vbiꝗ̄ ad gloriā vi graſſat̄: id eſt cū frequēti gradu vadit abūde pollens: pollenſꝗ̄ ⁊ clarus eſt. Siri⁹. Graſſandū ad clara periclis. In malā. Lactā. lib. ij. Sui s em̄ vitijs ꝑditi ſeuiūt ⁊ graſſant̄ vt perdāt: id eſt cū frequēti gradu vadūt. Ab hoc malo animo i hoc verbo Graſſor ſeuio ſignificatio naſcit̄: eo ꝙ cū quis graſſat̄: id eſt frequēti gradu ſiue cū impetu ꝓperat in aliquē: vt ipſum telo ſeu quouis alio modo feriat vel malo animo rapiat: hoc ſęuire dicit̄. Lactā. lib. iij. Archipirata quiſpiā vel latronū ductor/ſi ſuos ad graſſandū cohortet̄. Cęſar. Graſſari i hoſtes vetat. Aliquādo i hac ſignificatione ita accipit̄/vt etiā in ꝓpriā ſignificationē redigat̄. Liui⁹ libro. ij. Trecenti cōiurauim⁹ ꝑncipes iuuētutis romanę: vt i te hac via graſſaremur. Hui⁹ cōpoſitū Oggraſſor: quod eſt obuiā ſeu cōtra cū impetu aut frequēter gradior. Plau. i Pen. Niſi cū pedicis cōdidiciſtis oggraſſari gradu.

Graſſator: qui per vim et inſidias latrocinatur. Iuue. Interdū et ferro ſubitus graſſator agit rē. Calliſtratus. Graſſatores: qui prędę cauſa id faciūt proximi latronibus habentur.

Gręcus cū ę diphthō: nomē viri propriū: a quo Gręcia regio Europę dicta eſt. A qua gręcus a. um. quod ex grecia eſt. Hęc ab Iſthmi anguſtijs incipit: ⁊ a ſeptētrione i meridiē vectat: qua ſol egeis qua occidit Ionijs fluctib⁹ obiacet. In ea Athene et Marathonij cāpi Citherō/⁊ parnaſus mōtes.

Gręcoſtaſis pe. cor. q̄ſi gręcoꝝ ſtatio. Loc⁹ de q̊ Uar. ſic habet. Añ curiā hoſtiliā roſtra ſub dextra a comitio loc⁹ ſubſtruct⁹/vbi nationū ſubſiſterēt legati: gręcoſtaſis appellat⁹ a pte: vt multa ſenatū ſupra gręcoſtaſim/vbi ędis cōcordia baſilica opima.

Graiugenę pe. cor. gręci dicti ſunt.

Gręcari pe. cor. eſt ꝯuiuijs et libidinib⁹ operā dare: ab eo ꝙ gręci liberi⁹ ſe haberēt in cōuiuijs. Nā qñꝗ̄ verba trahunt̄ a moribus nationū.

Grale: fuſtes furculas habētes ſunt quib⁹ nitunt̄. Hinc Grallatores dicunt̄ q̇ in ꝑticis abiegnis paſſus ingētes faciūt. Grallatoriū gradū Plau. vocat maximū/ſicut econtrario minutulū formicinū ⁊ teſtudineum. Plau. Uinceretis ceruas curſu/⁊ grallatorē gradu.

Grāma atis. ⁊ grāmatū ati. latine littera dicit̄. Uñ epigrāma ⁊ epigrāmatū: cū alijs a grāma cōpoſitis.

Grāmatica litteraria dicit̄. Eſt em̄ vt litterę ſuas cuſtodiāt voces/⁊ quaſi depoſitum reddāt. Eſt em̄ grāmatica rectę loquelę/rectęꝗ̄ ſcꝑturę ſciētia: quę vſu/ratione auctoritateꝗ̄ cōſtat.

Grāmaticus: litteratorius ſeu litterator: qui grāmaticā docet: qui ⁊ grāmatiſta dici pōt et triuialis. Sed ⁊ poetaꝝ interp̄tes grāmatici dicunt̄: verſant̄ꝗ̄ non ſolū circa ſermonē/ſed etiā circa hiſtorias et carmina euagātur. Mar. de Epigrāmatis ſuis. Grāmaticis placent et ſic grāmaticis. Grāmatici pri⁹ critici dicti ſunt auctore Dione Chryſoſtomo. Cor. nepos ait litteratos ꝓprie appellādos eſſe poetaꝝ interpretes: q̇ a gręcis grāmatici nominātur/eoſdē litteratores vocitatos. Meſſala Coruin⁹ auctor eſt. Sunt q̇ grāmaticū a grāmatiſta diſtinguūt/ vt litteratū a litteratore/ tāꝗ̄ grāmatic⁹ abſolute ⁊ ꝑfecte doctus ſit/ſicut litteratus. Grāmatiſta ſicut litterator mediocriter eruditus. In malā em̄ partē accipitur.

Grāmaticus a. um. qđ ad grāmaticā ꝑtinet.

Grāmatei dicutur ſcribę: qui rationes publicas in tabulis ſcribunt. Apul. libro vndecimo. Tum ex his vnus quem cuncti grāmatea dicebāt. Hi etiā ab epiſtolis et cancellarij dicuntur. Hinc archigrāmateus princeps ſcribarum.

Grāmatophylaciū: loc⁹ vbi ſcripta publica ſeruātur.

Grāmę: lōgitudo ſine latitudine mēſurę ſbiecta. Aug⁹. Si omiſſa latitudine ſolā quis longitudinē voluerit emetiri lōgitudo ſine latitudine mēſurę ſubiecta grāmę dicit̄: nō ꝙ ſit lōgitudo aliqua q̄ careat latitudie: ſed ꝙ ſolā quis metiēs lōgitudinē gramē metiri dicitur. Et hęc linea a noſtris dicit̄. Eā ita diffinit Euclides. Linea eſt lōgitudo illatabilis. Emēſa ꝟo cū lōgitudine latitudo dicit̄ epiphania.

Gramię ſunt oculorū pituitę. Unde gramioſi oculi: a quo qui triſtes ſunt: in hodiernū quoꝗ̄ diē gramioſi vulgo nominātur.

Gramē: herba vulgatiſſima: ſic dicta/ꝙ geniculatis internodijs mirifice ſerpat: a gradiendo/ vel a gignendi fęcūditate. Crebro em̄ nouas ſpargit radices. Refert Plinius eā herbā naſci vbi humanus ſāguis ceciderit. Gramen capiti circūdatū ſāguinis fluxiones e naribus ſiſtit. Qñꝗ̄ tamē gramē ponit̄ generaliter ꝓ omni herba. Unde graminea corona dicta eſt: quę ab vniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori dabat̄: vbi obſeſſos aliq̇s ſeruaſſet qđcūꝗ̄ id genus herbę foret decerpto viridi gramine. Graminoſus plen⁹ gramine. Col. lib. j. Quid ſilueſter ager: q̇d humid⁹ ⁊ gramioſus: q̇d ſiccus ⁊ ſpurc⁹ recuſaret.

Grādo: gutta aquę in aere congelata: ſic dicta ꝙ ſolito grādior ſit. Uel quia grauis cōtineatur. Hinc grādinoſus a. um. vt Grādinoſa loca in quibus frequētes ſunt grādines. Grando etiam quā gręci χαλαζαν et χαλυζιον vocāt: collectio eſt ſub cute/ buboni ⁊ ęgyptię fabę ſimilis: vt inquit Pollux: dolorē ſi tāgatur afferēs. Dicunt̄ ⁊ in oculo grādines: cū ſegnis humor circa palpebras coit: ſed ita vt id tuberculū digito huc ⁊ illuc impelli poſſit.

Grādinoſus a. um. quod abūdat grādine. Columel. libro. iiij. Poſt hęc nō ignorabit dñs loci plus eſſe poſſe qualitatē cęli frigidā vel calidā/ſiccam vel roſidā/grādinoſam ventoſamꝗ̄ vel placidā/ſerenā vl̄ nebuloſā: id eſt quę ſępe grandinē infert. Roſida: quę ſiccitatibus laborāt.

Grādinatus a. um. participiū: quod eſt grādine ſauciū. Aug⁹ i Pſal. Grādinata eſt vinea.

Grandebale: pili ſubalares: quos Uolſellis tolli ſępe molliores iubebāt.

Grādis ⁊ hoc grāde: apud veteres non ad corpus/ſed ad ętatem tm̄ referebatur iā adultā. Teren. An ſedere oportuit domi virginē tā grandē. Or ſi natu addatur: prouectiorē ętatem ſignificat: et iā pene ſenilem. Pli. Iunior. Mlier natu grādior/⁊ tot liberoꝝ partu: nūc ꝟo grādis ſumitur ꝓ magno: ⁊ nonnunꝗ̄ ad inanimata refert̄. Hiero. Grādes materias ingenia parua nō ſufferunt.

Grādiuſculus la. lum. diminutiuū. Terē. i An. Iā fere grādiuſcula profecta eſt.

Grāditer aduerbiū. Cypri. ad Corneliū. Docuiſt? grāditer deū timere/chriſto firmiter adherere.

Grāditas: dicta eſt maior ętas. Siſen. libro. iiij. hiſto. Neꝗ̄ ętatis granditatē/neꝗ̄ ea merita/neꝗ̄ ordinis honeſtatē/aut dignitatē ſibi eſſe excuſationi.

Grādeuus a. um. quod eſt prouectioris ętatis: hoc eſt grādis ęui: id eſt ſenex.

Grādiloquus pe.corre.eloquēs: ⁊ qui cū quadā vboꝝ
magnificētia loquit̄. Cic. Nā ⁊ grādiloqui (vt ita di/
cā) fuerunt cū ampla ſentētia: tū grauitate ⁊ maieſta
te verboꝝ. Hinc grādiloquētia.

Grādio is. grādē facio. Plau. in Aul. Si hodie hercle
fuſtē cępero aut ſtimulū in manu teſtudinē iſtum tibi
ego grandibo gradū.

Grādeſco: creſco/grādis fio/ſeu granū fio. Pli. li. xviij
Creſcēte luna frumēta grādeſcūt. Hinc ingrādeſco:
qđ eſt valde vel intus grandis fio. Col. Quę lens vt
celeriter ꝓdeat ⁊ ingrandeſcat: anteꝗ̄ ſerit̄ fimo ari/
do ꝑmiſceri debet. Idē lib. ij. Omne aūt frumentū ſpi
cā a tertio ad quartū nodū emittit: et cū totā edidit.
viij. dieb⁹ defloreſcit: ac deinde grādeſcit dieb⁹. xl. qui
bus poſt florē ad maturitatē ꝑuenit.

Granū fere frugū dicit̄: vt tritici/hordei/farris ⁊ hmōi:
quod eſt intimū ſolidū. A quo granariū. Acini ſūt cę
teroꝝ fructuū: vt vuę/bacchaꝝ/et hmōi. Granū etiā
generaliter dicit̄ ꝓ omi eo quod gręci vocant coccū.
Vn̄ coccū Ilicis granū vocamus.

Granariū: locus ī horreis ſeruādis/ſeminū granis pa
ratus: vel in quo grana frugū reponunt̄. Var. At tri
ticū condi oportet in granaria ſublimia: quę perflen/
tur ventis ab exortu et ſeptentrionū regione: ad quę
nulla aura humida ex ꝓpiquis locis aſpiret. Granaria
quidā habent ſub terris ſpeluncas quas vocāt ſiros:
alij puteos. Perſius. Iam nūc aſtringas: iā nūc gra/
naria laxes. Nōnulli horreū ab hordeo. Feſtus a far
re farreum vocat.

Granoſus a. um. dicit̄ omē qđ int⁹ habet grana.

Graphis idis. ars pingēdi: ꝗ maxime lineis cōſtat: ⁊ li
nearis vocat̄: quā Pli. lib. xxxv. ſcribit eſſe inuentā a
Sophocle. Dicta graphis a ſtilo: quē gręci graphiō
et graphida quoqꝫ nomināt. Plin. lib. v. Graphidis
veſtigia extāt in tabulis ac mēbranis: ex quibus pro/
ficere dicunt̄ artifices. In quo ſciendū: ꝑ Graphidis
veſtigia picturę genus accipiēdū eſſe: qđ gręci vocāt
Ichnographiā. Ea eſt circini regulęqꝫ modicę conti/
nēs vſus: ex qua capiunt̄ formaꝝ i ſolis areaꝝ deſcri/
ptiones: vt inquit Victru. lib. j. Qui et orthographi
am ⁊ ſciographiā nominat.

Graphiū: ſtilus ferreus/ ſeu penna argētea qua ſignā/
tur in tabellis litterę/vt olim in cera/ſeu figurę. Am/
bro. lib. Hexa. Neqꝫ vo ſi ipſe nō comprendas idcir
co nō cępit: aut nequaꝗ̄ deſinet ſi ipſe circūitum vel
attramento vel graphio ducas. Ouidi⁹. Quid digi
tos opus eſt graphiū laſſare tenēdo. Stilus autē (ſi/
cut docet Hiero. in expoſitione Pſal.) ſcribit i cera:
Calamus in cartha/mēbrana/aut in quacunqꝫ mate/
ria/quę apta ſit ad ſcribendū. Graphus ſcriptus vel
pictus. Agraphus: nō ſcriptus vel non pictus. Gra
phia: ſcriptura vel pictura. Vn̄ ſcribo ꝓ pingo/etiaꝫ
apud nos ⁊ picturas legere dicimus.

Graphiariū: theca in qua ſtili reponunt̄: quibus ⁊ ſcri
bere ſimul ⁊ pingere ſolebāt: anteꝗ̄ penicilli ⁊ colo/
res inuenirent̄. Dicit̄ ⁊ theca graphiaria.

Gratia (inqt Aug⁹) dicta eſt: quia gratis dat̄. Quare
gratis dat̄? Quia merita nō pręceſſerunt/ ſed benefi/
cia dei te pręuenerunt. Vn̄ recte gratia ſumitur ꝓ be
neficio. Cice. Cū pręſertim conſiderē nullā eſſe grati
am: quā vel nō caperet animus meus: vel in accipiē/
do vel remunerando cumulandoqꝫ illuſtrare poſſet.
Omne eīn quod habēt homines a deo/gratia ē. Ni/
hil eīn ex debito habēt. Quis eīn prior dedit/ ⁊ retri
buetur illi? Tres autē ſcribunt fuiſſe gratias. Aglai/
am: id eſt lęticiā. Thaliā: id eſt virentē: quia benefici/
um ſemꝑ viret. Euphroſynē/quā delectationē nomi
nāt. Hę a gręcis χαριτεσ vocantur: απο τησ χα
ρασ: quod lęticiā ſignificat. Merito eīn lętari viden
tur/et qui dant/et qui accipiunt beneficiū. Tris autē
ideo eſſe prodiderunt: quia et benefici eſſe ī alios de/
bemus/ ⁊ alioꝝ beneficia ſuſcipere: et his qui in nos
liberales fuerunt retribuere. Dare autē ⁊ accipere ⁊
referre: tres actus ſunt inter ſe diſtincti. Hinc gratio
ſus. Aliquādo capit̄ ꝓ pena ſiue damno. Idē. Vt ꝓ
iniuria parē ei gratiā referret. Aliquādo ꝓ mercede.
Idē in Lel. Vt eīn benefici liberaleſqꝫ ſumus: nō vt
exigamus gratiā. i. mercedē vel vtilitatē neqꝫ benefi/
ciū feneramur: ſed natura propenſi ad liberalitatē ſu
mus. Aliquando pro pace ſeu amore. Terē. in Ecy.
Neqꝫ alio pacto componi poteſt inter eas gratia. Et
in Eu. Adibo: atqꝫ ab eo gratiā quam video velle ini
bo. Aliquando pro benignitate. Tibul. Gratia ma/
gna Ioui vetuit pater ipſe valere. Aliquādo ꝓ cauſa
ſeu reſpectu. Sal. Rē omnē aperit cuius gratia mit
tebantur. Aliqn̄ ꝓ virtute ſeu efficacia/ vt frequenter
apud Ambroſiū. Habere aūt gratias vel agere vel
referre. Vide in dictione Ago.

Gratus: qui gratiā ꝓ beneficio refert: vel ſaltē memor
eſt accępti bn̄ficij. Cuius contrariū eſt ingratus a qui
bus gratitudo ⁊ ingratitudo Grate ⁊ ingrate aduer
bia/ ⁊ gratis ⁊ ingratis. Accipit̄ etiā gratus ꝓ lęto/ ⁊
ingratus pro triſti. Virgili⁹ lib. vij. Et cineri ingra/
to ſuprema ferebāt. Et gratus ꝓ ſpōtaneo. Et ingra/
tus ꝓ inuito et coacto legitur.

Gratioſus: valde gratus. Nā plenū gratia ſignificat: ⁊
is eſt qui habet gratiā. i. qui in populo accęptus eſt.
Cice. lib. iij. offi. Tū pithius vt argentarius qui eſſet
apud oēs ordines gratioſus: id eſt habēs multā gra/
tiā. Idem Lentulo. Vehementer cōfidit his noſtris
litteris apud te gratioſū fore: id eſt valde gratū. Gel
lius accipit gratioſum/tam pro eo qui gratias adhi/
bet ꝗ̄ qui admittit.

Gratis aduerbiū: ſignificat ſine ꝑmio/ ſine merito: qđ
vulgo dicitur per gratiā. Hiero. in Gen̄. Quia fra/
ter meus es: nō ſeruies mihi gratis. Ambro. In diui
nis ſcripturis reus ſcribit̄/qui nō ſtuduerit dare gra/
tis quod ipſe gratis accęperit. Al's ſignificat ſpōte.
Aug⁹ lib. iiij. cōfeſſ. Quoꝝ exempli gratia quędā gra
tis poſui: vel in ipſo ſubſtātię genere innumerabilia
reperiuntur. Sic ingratis inuite/nō vltro: quia vltro
nea grata ſunt. Ingrata: quę ab inuitis ⁊ recuſantib⁹
fiunt. Plau. in Am. Hęc heri īmodeſtia coegit me ꝗ̄
hoc noctis ingratis excitauit. Terē: in Eu. Op⁹ faciā
vt defatiger vſqꝫ ingratis vt dormiā.

Gratuitus a. um. penul. pro. quod datur gratis: id eſt
ſine pręmio: ⁊ qđ nō eſt mercēnariū. Cice. lib. j. de le/
gibus. Quid liberalitas: gratuitane eſt/an mercēna/
ria? ſi ſine ꝑmio benigna/eſt gratuita: ſi cū mercede/
cōducta. Aug⁹. Gratuitā nobis impendit de⁹ dilecti/
onē/ quibus gratis vnigeniti ſui miſit redemptionē.
Hinc fit aduerbiū gratuito. Sue. in Cęſare. Omni/
bus vo circa eū atqꝫ etiā parte magna ſenat⁹ gratui/
to aut leui fenore obſtrictis.

Grates numero tm̄ plurali/ ⁊ in hac tm̄ terminatiōe: ꝓ
gratijs ꝗ referri debēt ꝓ accępto bn̄ficio. Virg. Gra
tes ꝑſoluere dignas Nō opis eſt noſtrę dido.

Gratificor: rem gratā facio/conſentio/complaceo. Ci/
cero Lentulo. Qđ Pompeio ſe gratificari putant.
Differūt tamē Gratificari et gratū facere/ ꝙ gratifi/
cari in ſe cōtineat quiddā mai⁹. Eſt eīn beneficiū eſſe.
Vnde dicimus deū gratificari hominibus: quaſi ſit
beneficia cōferre. Gratū vo facere ſit obſequi ⁊ inſer
uire. Cice. Si hunc iuueris/gratiſſimū mihi feceris.
Hinc Gratificus.

Grator aris. dijs gratias ago/ et quaſi ſupplico. Oui/
dius lib. iij. Faſt. Quiſquis ades: caſteqꝫ colis pene/
trali veſtę. Gratare iliac?: thuraqꝫ pone focis. Inter/
dum Gratari eſt gaudere de bono proprio: vt apud
eūdē li. viij Metam. O ſuperi totoqꝫ libēs mihi pe/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctoꝛe gratoꝛ. Quãq; etiã eſt letari de bono alterius.
Virgꝛ. Inueni germana viã gratare ſoꝛoꝛi. Liu.lib.
vij. Suũ ſequentes currũ Jouis optimi maximi tem
plũ: gratãtes ouanteſq; adire.

Gratulari cũ datiuo: pꝛopꝛie eſt dijs ſiue hominibus
qui nobis benefici fuerunt in ſucceſſu: aut noſtro/aut
alioꝝ cum laudibus feſtiuitatem oſtendere. Oritur
eñ ex leticia gratulatio/vt ex doloꝛe querimonia. La
ctã. libꝛo. vj. Nihil eſt ꝙ ſi aliquis gratuletur: ſi has
inanes virtutes adeptus eſt. Ennius in Hecuba. Ju
piter tibi ſũme tandem male re geſta gratuloꝛ. Inter
dum pꝛetermittitur datiuus cũ fuerit ꝓnomen. Oui/
dius. Pꝛiſca iuuent alios ego me nũc deniq; natum
Gratuloꝛ: vbi intelligit̃ mihi. Quintil. Gratulemur
iam ꝙ nulla ciuitas laboꝛat: ſubĩtelligit̃ nobis. Gra/
tuloꝛ etiã eſt gratias agere ſiue ſupplicare. Li. Triũ/
phantes in capitoliũ aſcendebãt Joui optimo maxi
mo/ceteriſq; dijs gratulaturi. Nec mirũ ſi gratulari
dijs dicimus/quaſi oſtẽdere nos illis aggaudere: cũ
ſalutare etiã eos dicamus/ quaſi ſalutẽ illis optare:
qḋ nõ dijs ſed hominibꝰ cõuenit. Unde dicimꝰ. Sal
ue ſancta parens. Gratulari cũ actõ/ eſt gratũ habe/
re. Terẽ. in Eu. Salutãt: ad cenã vocãt: aduentũ gra
tulant̃. Plau. in cap. Ubi quiſq; videt/ eunt obuiã/
gratulant̃q; eã rẽ: id eſt gratiã habent. Huiꝰ cõpoſi/
tũ eſt congratuloꝛ.

Graue: ſuapte natura ſignificat ponderoſum: vt Gra/
ue ſaxũ quod nos cũ moleſtia grauat in ferendo. Vir
gilius. Uomis et inflexi pꝛimũ graue robur aratri.
Et per tranſlationẽ dicit̃: moꝛbꝰ grauis/ſenectus gra
uis: id eſt moleſta: quoniã qui moleſtiam ex ſenectute
moꝛbo/ceteriſq; hmõi ſentiũt: quaſi onere intolerabi
li pꝛemũtur: quod cupide velut graue onꝰa ſe vellent
deponere. Cicero in Cato. Ut nunq; ſenectutem ti/
bi grauem eſſe ſenſerim. Itaq; vnus modus eſt/ que
coꝛpoꝛi aut animo moleſta ſunt: ea grauia appellare:
eo ꝙ moleſtia a mole: id eſt a re magna vocata eſt.
Alter modus eſt: ꝙ quemadmodũ grauia et grandia
ſaxa non facile loco mouentur: ſed ad omnẽ tempoꝝ
mutabilitatem herent: ita homines conſtantes ac ſa/
pientia pꝛediti merito graues dicũtur: qui nec pꝛeci/
bus nec minis ab equo dimouẽtur: vt hi faciũt quos
leues vocamus: qui in ſimilitudinem palee ad omnẽ
auram ventilantur. Hinc grauitas pꝛo firmitate ac
conſtantia animi: ac in vultu / moꝛibus/verbis / re/
bus agendis quedaꝫ ſeueritas. Aliquãdo pꝛo mole/
ſtia et magnitudine: vt grauitas odoꝛis/grauitas do
loꝛis/grauitas ſomni. Uarijs alijs modis dicit̃ gra/
ue: ſed ad hos reduci poſſunt. Nã ponit̃ pꝛo pernici
oſo/acerbo/nocente. Cice. lib. iij. offic. Magnũ illud
bellum et grauẽ aduerſariũ imperij ſuſtuliſſent. Idẽ.
Facilius et in moꝛbos incidũt adoleſcentes: et graui
us egrotant. Pꝛo foꝛti ⁊ robuſto. Virgꝛ. lib. v. Pri/
ma pares ineũt grauibꝰ certamina remis. Pꝛo gran/
deuo. Idẽ. Hic grauis entellus dictis caſtigat ace/
ſtẽ. Pꝛo vtili/ſolido/firmo/cõſtante. Cice. lib. j. offi.
Ut iaꝫ ſint alia grauioꝛa atq; melioꝛa: tñ nos ſtudia
noſtra nature regula metimur. Pꝛo triſti. Virg. lib.
viij. Grauioꝛ ne nũcius aures Uulneret. Pꝛo ſapiẽ/
ti cũ auctoꝛitate. Ci. in Hoꝛten. Quid eñ aut Hero
doto dulciꝰ/aut Tucydide grauiꝰ. Pꝛo ponderoſo.
Unde graue es dicit̃: qꝛ deni aſſes ſingula põdo efficie/
bant. Pꝛo neceſſario. Lucil. lib. xxviij. Habeaſq; aĩo
mihi admodũ cauſã grauẽ foꝛe: q̃ me ab vllo cõmo/
do abducat tuo. Pꝛo pleno. Vir. Tũ pietate grauẽ ac
meritis ſi foꝛte viꝝ quẽ Cõſpexere ſilẽt. Pꝛo fecũdo
et frugifero. Idẽ. Quid laboꝛ aut benefacta iuuant:
quid vomere terras Inuertiſſe grauis? Pꝛo multo.
Uar. Ubi graues paſcant̃ atq; alantur pauonũ gre/
ges. Sal. lib. iij. hiſto. Cepit ꝑ omnẽ pꝛouinciã gra/
ue pꝛeciũ fructibus eſſe. Pꝛo amaro. Uar. in quinq;/
tribus. Abſynthiũ vt bibã graue et caſtoꝛiũ. A gra/
uis ſit aduerbiũ grauiter ⁊ graue.

Grauit̃ ſignificat multũ. Cecil. Placere hoc cepit gra/
uiter. Cicero. Nec võ audiẽdi grauiter qui inimicis
iraſcendũ putant. Virgiliꝰ. Grauiter ſpirãtis copia
thymbre. Aliquando ſignificat aſpere/male. Idem.
Graue olentis auerni. Aliqñ moleſte. Cice. Graui/
ter ⁊ iniquo animo tuli. Aliqñ ſapienter. Idẽ. Si qḋ
pꝛudenter/ſi quid grauiter factũ eſt: hoc eſt: non leuit̃
ac inſipiẽter/ſed mature ſapienterq;.

Grauedo: põderoſitas. Quãdoq; ſumit̃ ꝓ moꝛbo ſeu
humoꝛe/qui ex capite diſtillat: nares claudit: vocem
obtundit: tuſſim ſiccã mouet: ſicuti docet Celſus lib.
iiij. Catul. Sẽtire ceſſo ꝙ grauedinẽ ⁊ tuſſim. Plau.
in Aſi. Quod illa haud ſimulet quaſi grauedo ꝓflu/
at. Hoc ne ſic faciat tu labellũ abſtergas. Greci coꝛi/
ças vocant. Hippocrates diſtillationes oẽs ⁊ graue
dinẽ nominat coꝛyças.

Grauedinoſus: non ſolũ qui grauedine infeſtat̃/ſed eti/
am qui ad eum moꝛbũ eſt pꝛocliuioꝛ. Cice. libꝛo. iiij.
Tuſc. Itaq; dicimus quoſdã grauedinoſos/ quoſdã
terminoſos: nõ quia iam ſint/ſed qꝛ ſepe ſint. Pliniꝰ
appellat Eruũ grauedinoſũ: quod bobus in pabulo
grauedinẽ facit.

Graueolentia: malus odoꝛ. Plinius. Et oꝛis graueo/
lentiam tollit.

Grauo as. pꝛemo/onero/moleſto. Virgil. Nec me la/
boꝛ iſte grauabit. Huiꝰ cõpoſita. Aggrauo: quod eſt
ſuper ſeu plus grauo. Col. lib. ij. Tũ etiã ratio ruſti/
ci aggrauat̃ exiguo ꝓfectu operis. Degrauo: deoꝛſũ
grauo. Idẽ lib. j. Et qḋ pꝛius extructũ imminebat ce
denti paulatim degrauatũ põdere ſuo pꝛeceps attra
hit̃. Virgil. libꝛo. iij. Degraua etna caput. Cypꝛia.
Quo mõ celũ petunt: et ad ſublimia et alta conſcen/
dunt/q̃ terrenis cupiditatibꝰ degrauant̃. Ingrauo: in
tus ſeu valde grauo. Hiero. in Exo. Ingrauatũ ẽ coꝛ
Pharaonis. Pregrauo: valde grauo. Idẽ ad Mar
cellã. Quapꝛopter moneo/vt dũ mũdi huiꝰ viã curri
mus: nõ duabꝰ tunicis/nõ calciamentoꝝ pellibꝰ ꝑgra
uemur. Et hec oĩa habent pe. coꝛ.

Grauate aduer. ſignificat cũ laboꝛe ſiue cũ moleſtia.

Graueſco is. grauis et oneratus fio. Virgꝛ. lib. ij. Ge
oꝛ. Nec minus interea fetu nemꝰ omne graueſcit: id
eſt onerat̃. Hinc aggraueſco: magis grauis fio. Te/
ren. in Ecy. Male metuo ne Philemone magꝛ moꝛ
bus aggraueſcat. Ingraueſco: eiuſdẽ ſignificationis
eſt. Augꝰ lib. ij. de ciui. dei. Nã ingraueſcẽte peſtilen
tia ludi ſcenici Rome ꝑmitꝰ inſtituti ſunt.

Grauida mulier: q̃ iã concepto fetu grauat̃. Pregnans
que iam occupata eſt in generando quod cõceperit.
Aug. Quo mõ fiet iſtud/vt vtero grauida ſim pudi/
co/⁊ immunis ſim a marito? Aliquãdo ponit̃ ꝓ ple/
na. Inde grauido as. ꝓ impleo veteres poſuerunt.
Cecil. Titte ꝑ myſteria hic honeſte grauidauit ꝓbo.
Leo papa. Uirgo regia dauidice ſtirpis eligit̃: q̃ ſa/
cro grauidãda fetu/diuinã humanãq; pꝛolẽ pꝛius cõ/
ciperet mente q̃ coꝛpe. Et inſciens ꝓpinqua partui in
citatus ſit fetus eius.

Grauaſtellus: ſenioꝛ. Plau. Quis eſt grauaſtellꝰ iſte q̃
aduenit? Ut puto a grauitate dictus.

Grex differt ab armento: ꝙ grex minoꝛum animalium
ſit congregatio: vt ouiũ/poꝛcoꝝ/capꝛarum. Armen/
tum maioꝝ: vt Cameloꝝ boum/equoꝝ. Hierony. in
Deutero. Habueriſq; armenta boum et ouium gre
ges. Ouiḋ. Mille greges illi totidẽq; armẽta ꝑ her
bas Paſcebãt. Vir. Nec ſatis armẽtis ſuperat ꝑs al
tera cure. Lanigeros agitare greges hirtaſq; capel/
las. Inuenitur tamẽ quãdoq; grex de maioꝛibus di/
ci. ſ. bobus. Vir. Aut aliquã in magno ſequitur gre/

ge. Tamen ad diſtinctionē addidit magno: ſicut Ho/
ra. adiecit mugientium. Aut in reducta valle mugi/
entium proſpectat errantes greges: Quaſi grex ge/
neralius nomen ſit/ armentum ſpecialius. Et illud ſi/
ne appoſito de pecoribus minutis intelligatur: cū
appoſito poſſit etiam ad maiora transferri. Cice. Fu/
dit apothecas cecidit greges armentorū. Col. libro
primo. Nec abſint greges armentorum/ ceterorum
ꝙ quadrupedum culta et dumeta paſcentiū. Dicit̃
⁊ grex de auibus. Aug⁹ lib. xij. de ciui. dei. Alias ꝓo
greges inſtituerit: que cōgregate atꝙ in gregib⁹ ma/
lint viuere: vt ſunt columbe/ ſturni/ cerui/ damule/ et
cetera huiuſmodi. Etiam bonorum vel maloꝝ homi
nū dicit̃ Grex. Cice. In his bonis gregibus omnes
aleatores/ omnes impuri impudiciꝙ verſant̃. Et eſt
tā fe. ꝙ maſcu. generis.

Gregarius: ex grege vulgaris. Unde gregarius mi/
les dicitur: non electus/ ſed tumultuarie vndecunꝙ
collectus. Saluſti⁹. Deinde multi memores Sylla/
ne victorie: ꝙ ex gregarijs militibus alios ſenatores
videbant: alios ita diuites/ vt regio victu atꝙ cultu
vitā agerent. Colu: libro. vij. Gregariorūꝙ paſtorū
velut minutā profeſſionis ſue diſciplinam conſtantiſ
ſime repudiaſſe.

Grego as. de quo Priſcia. Sunt et alie deriuationes
diuerſas terminationes habētes: tam a nominibus
ꝙ a verbis naſcentium verboꝝ: vt a Greco greciſſo/
et grecor: a Grege grego: a Philoſopho philoſo/
phor. Hui⁹ tamē cōpoſita magis i vſu ſunt: vt abgre
go: qđ eſt deduco. Aggrego: aſſocio/ adiūgo. Lactā.
lib. iiij. Si nobis credendū nō putāt/ credāt Home/
ro: qui ſūmū illū Iouē demonib⁹ aggregauit. Cōgre
go. Idē i eodē. Aliūꝙ ſibi pplm fideliorē ex alienige/
nis congregaret. Segrego: ſeorſū pono/ diuido. Fe/
ſtus. Segregare: ē ex plurib⁹ gregib⁹ partes ſeduce/
re. Et hec oia habēt pe. cor.

Gregalis/ et hoc gregale: quod in grege viuit. Uarro
libro. ij. de re ruſt. Equi boni futuri ſigna ſunt: ſi cum
gregalibus in pabulo contendit in currendo alia ve
quare quo potior ſit.

Gregatim: ꝑ diuerſos greges. Uar. Merula ꝙ mera
id eſt ſola volitet. Cōtra ab eo graculi ꝙ gregatim.

Greſſus a. um. participiū a Gradior. Greſſus us. inceſ
ſus/ ambulatio: vt Greſſus meos dirige.

Greſſibile: quod aptum eſt ad gradiendum: vt Homo
eſt greſſibilis.

Greſſutus a. um. pe. ꝓd. idē qđ greſſibile/ nō quod ma
gnos habet pedes: vt quidā autumant. Nā Aug⁹ in
dialec. ſic ſcribit. Socrates ⁊ hō eſt ⁊ greſſutū.

Greſſus a. um. nomē eſt quātitatē ſignificās. Cui⁹ dimi
nutiuū eſt greſſulus.

Groſſitantū pluraliter dicunt̃ ficus anteꝙ matureſcāt.
Alij dicunt groſſos eſſe fic⁹ ꝗ nō matureſcūt. Primi/
tiue fic⁹ ꝗ precoces ſeu ꝑcoques/ ⁊ a neotericis flores
appellant̃: apud grecos ꝓdromos vocant. Col. li. iij.
Si voles ficū: ꝗuis natura ſerā facere/ cū groſſuli mi
nuti erunt fructū decutito.

Groſſipion ſiue xylon ſeu groſſapinus: frutex eſt ex ſu/
periori parte Egypti/ que in Arabiam vergitur alla/
tus: nunc etiam in quibuſdā locis Italie naſcens/ ex
quo lina fiunt que goſſipina ſiue xylina ſeu goſſipina
dicuntur: paruulus eſt: ſimilēꝙ barbare nuci defert
fructū plenū lanugine: nec vllū genus lini in candore
mollitia ve prefert̃ huic. Iuriſcōſulti inter lanas poti
us cōnumerāt: dicuntꝙ lanā lineā a grecis appellari.
Ex his fiunt veſtes cādidiſſime ac ſubtiliſſime: ꝗ vul/
go bombicine dicūtur: cū xyline ſeu groſſipine groſſū
pine ve appellari debeant. Quidā huiuſmodi linū co/
tonum vocant: frutices id ferentes quibuſdā in locis
folia habēt vitiū ſimilia/ niſi ꝙ minora ſunt: feruntꝙ
cotonei mali ſilitudinem ⁊ cucurbitas: que maturate
rupte lanuginis pilas emittunt.

Grues: aues minime ſoliuage: que nō ſe ſegregāt/ ſiue
cū volant ſiue paſcunt̃. Et a ſono vocis dicte excubi/
as nocte diuidūt/ capite ſubter alā cōdito dormiunt
alternis pedibus inſiſtentes. Uolantes autē ordine
quodā y litterā faciunt id quod Palamedē depren/
diſſe legimus. Hiero. ad Ruſticū. Grues vnā ſequū
tur ordine litterato. Mar. Turbabis verſus: nec lit
tera tota manebit. Unā ꝑdideris ſi palamedis auē.
De natura hui⁹ auis Amb. lib. Hexa. ſic habet. Gru
es iniuſſi ⁊ voluntario vſu in nocte ſollicitā exercent
cuſtodiā: diſpoſitos vigiles ſeruant: ⁊ ceteris conſor
tibus generis quieſcētibus alie circūeunt ⁊ explorāt
ne quā ex parte inſidie tentētur: atꝙ deferunt impi/
grā ſuo vigore tutelā: poſt vbi vigiliarum fuerit tem
pus impletū: perfuncta munere in ſomnū ſe premiſ/
ſo clangore cōponit/ vt excitet dormientē: cui vicē mu
neri traditura eſt. At illa volans ſuſcipit ſortem: nec
vſu noſtro inuita et pigrior ſomno renūciat: ſed impi
gre ſuis excutit̃ e ſtratis: vicē exequit̃: et quā accepit
gratiā/ pari cuſtodia atꝙ officio reꝑſentat. Ideo nul
la diſcretio: qꝛ deuotio naturalis: idem tuta cuſtodia/
quia voluntas libera. Hunc etiā volātes ordinē ſer/
uant: ⁊ hac moderatione omnē laborē alleuiant: vt ꝑ
vices fūgant̃ ductus ſui munere. Precedit eni vna/
⁊ ꝑcurrit ceteris: deinde conuertit̃: et ſequēti ſortem
ducendi agminis cedit.

Gruo is. grui. Feſt⁹. Gruere dicunt̃ grues vt ſues grū/
nire. Hinc ꝯgruo ꝓ cōuenio/ cōcordo. Terē. i Heau.
Cōcede hinc domū/ ne nos ꝯgruere ſentiāt. i. concor
dare. Hinc ꝯgruū ⁊ Ingruo is. de quo alibi.

Grumus: terre collectio: minor tumulo. Apud Col. di
cit̃ cliuulus. Uñ lib. ij. ait. Grumos quos aduerſurā
plerūꝙ tracte crates faciunt: deſpicimus ita necubi
ferramentū feniſecis poſſit offendere. Cui⁹ dimi. eſt
grumulus. Pli. lib. xix. Quidā et aliū vlpicū i plano
ſeri vetant: caſtellatimꝙ grumulus imponi diſtanti/
bus inter ſe pedes ternos.

Grūma me. mēſura quedā qua fixa vie ad lineā dirigū/
tur: vt eſt agrimēſoꝝ ⁊ ſimiliū. Hinc degrumor aris.
ꝓ dirigo. Luci. Uiāꝙ degrumaris vt in caſtris men
ſor facit olim. Et exgrumor. Uñ exgrumantes apud
Uar. legit̃ lib. iij. de re. ruſ. qđ eſt de menſura ⁊ recta
via excedētes/ vel grumos eruentes.

Grumie dicuntur loca media: inter que directe quattu
or cōueniunt vie.

Grunnio is. grūniui et grunnij. itum. proprium eſt vo/
cis porcoꝝ. Cice. libro. v. Tuſ. Aut grūnit cum ma/
ctat̃ ſus. Iuue. Et cum remigibus grūniſſe elpenora
porcis. Hinc grūnitus tus.

Grūdire veteres dicebāt: qđ nos grūnire dicim⁹. Clau
di. li. annaliū. xv. Grūdibat grauit̃ pec⁹ ſuillū. Hinc
grūdules: lares dictos accipim⁹: quos Romul⁹ ꝯſti
tuiſſe dicit̃ in honorē ſcrophe: que. xxx. pepererat por
cos. Caſſius hemina. Sus parit porcos trigita: cui⁹
rei fanū fecerūt Laribus grūdilibus.

Gryllus: animal eſt magnitudine cicade/ corpore lon/
giore: genus eſt locuſte: vndiꝙ per orbem terrarum
pernicies agris preterꝙ in parthia. Parthi gryllos
comedunt: vt teſtat̃ Hiero. cōtra Ioui. Dict⁹ gryl/
lus a ſono vocis. Suidas. γρυλλοσ ξενοφων/
τοσ του σωκρατικου λιοσ γρυλλοσ και λιο
λωροσ και γρυλλοσ ο χοιροσ. Hinc magnā
auctoritatē perhibēt Nigidi⁹ magiꝙ ꝙ retro ambu
let: terrā terebret: noctibus ſtridat.

Grypes: qui ⁊ gryphones: animalia pēnata ⁊ quadru/
pedia: omni ex parte leones ſunt: alis et facie aquilis
ſimiles. equis vehementer infeſte. Naſcunt̃ i hyper
boreis montibus. Et poteſt declinari grypes is. Et

grypſ ⁊ grypus. Hiero. i Leuit. Aquilã et griphũ.
Gryphi do (vt Gel. inquit) enigmata ſunt. Gryphõ
enĩ greci inſolubile dicunt.

Gryphi a grecis dicunẗ nare curui. Quo noie dictꝰ eſt
filiꝰ Demetrij: vt auctor eſt Juſtinus.

Grippos dicit ſermo implicitus. Gel. alioſqꝫ id genus
gryppos neminẽ poſſe dicẽs niſi ſe diſſoluere.

Gripus ꝑ ſimplex p. naſus adũcus/gibbus ſeu aquili/
nus: a gryphis ſilitudine deductũ nomẽ. Greci γρυ
πεσ: nos gryphes dicimus.

## G Ante V

Gula: anterior ꝑs colli q̃ cibꝰ atqꝫ potus deuorat. Nã
collũ tam ceruicẽ poſteriorẽ qꝫ gulã anteriorẽ habet.
Et gula cũ oſſibus intelligit. Sal. Laqueo gulã fre/
gere. Aliqñ accipit gula ꝓ gulȩ vitio. Juue. Dũ gu/
la ſeuit. Hinc fiũt guloſus a. um. qđ eſt deditꝰ gulȩ vi
tio. Degulo as. de quo alibi. Et ingluuies.

Gulioce: nucũ iuglãdiũ ſũma ⁊ viridãtia putamina.

Gũmi et gũmis. genere fȩmi. Colu. Noſtrorũ tempo/
rum agricolȩ exiſtimarunt noua dolia liquida gũmi
perluere. Idem. Multi cũ ſemel noua dolia vel ſeri
as craſſa gũmi liuerũt: vna in perpetuũ gũmitiõe cõ/
tenti ſunt. Unde gũmitio. Col. lib. vltimo. Quã grȩ/
ci κομμωσιν. Eſt autẽ gũmi lachryma arboꝝ quȩ
eſt quaſi gutta. Hinc gũmatȩ arbores dicunt quȩ gũ
mi ꝓducũt. Palladiꝰ. In ceraſis hoc ſeruãdũ eſt ⁊ in
omnibꝰ gũmatis: vt tunc inſerant qñ is vel nõ eſt/vel
nõ deſinit gũmen effluere.

Gurges itis. locus in flumine profundus: in quo aqua
vertit. Et omnis aquaꝝ congeries dicit gurges: licet
quãdoqꝫ per tapinoſim ponat ꝓ mari. Uirg. Nan/
tes in gurgite vaſto.

Gurgito as. pe. cor. deuoro/impleo. Hinc fiũt cõpoſi/
ta Egurgito as. ⁊ Ingurgito as.

Gurgulio: proprie pars gutturis a naribus ad pulmo/
nem: conſtans ex cartilagine et carne per quã ſpiritꝰ
meat ac remeat. Et hȩc ſpiritalis fiſtula dicit. Rur/
ſus gurgulio vermis qdã q̃ in horreis naſcẽs frumen
tũ abſumit: ſic dictꝰ/ꝙ totꝰ ſit guttur. Uirg. Popu/
lat ingentẽ farris aceruũ Gurgulio.

Gurguſtinã et diminutiuũ gurguſtiolũ: genus habita/
tionis anguſtũ: a gurgulione verme ſic dictũ. Ser/
uiꝰ docet Gurguſtiũ eſſe obſcuram et latentem taber
nam. Cice. in Piſonẽ. Neſcio quo e gurguſtio te ꝓ/
dis. Ambro. libro Hexa. Nonne quo ſplẽdidior fo/
ris ſpecies loci eius effulgeat: hoc horrẽdis deſuper
cȩnȩ gurguſtiũ eius intꝰ obſcuriꝰ ſit. Apul. Ergo bre/
uitatẽ gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto ſis conten/
tus lare paruulo.

Guſtus us. vnꝰ ex qnqꝫ ſenſibus corporis.

Guſto as: quid ſignificet declaratur ex pſalmo cũ dici/
tur: Guſtate et videte quoniã ſuauis eſt dñs. Lactã.
libro. ij. Id aũt prȩceptũ fuit: vt ex arbore vna q̃ fue/
rat in medio paradiſi nõ guſtaret: Hinc Guſtatꝰ tus.
Cice. in Cato. Aqua oriens vna ſe oſtendit: quȩ ⁊ ſuc
co terrȩ ⁊ calore ſolis augeſcẽs. Primo eſt peracer/
ba guſtatu. Huiꝰ compoſita ſunt Deguſto: quod eſt
multũ bene guſto. Saluſt. Inde cũ poſt execrationẽ
omnes deguſtaſſent: ſicut in ſacris ſolẽnibus fieri cõ
ſueuit/aperuiſſe conſilium ſuum. Prȩguſto: ante gu/
ſto. Hiero. in Exo. Carnem quȩ a beſtijs fuerit prȩgu
ſtata/nõ comedetis.

Guttus: poculi genus quo in ſacrificijs vtebantur. Pli
niꝰ libro. xvj. Curius iurauit ſe ex prȩda nihil attigiſ/
ſe: prȩter guttũ phaginũ quo ſacrificaret. Uel in qđ
oleum mittitur: dictus ꝙ guttam mittat. Nam eo
vſi ſuut Romani in balneis ad vngenda eoꝝ corpo/
ra poſt lauationẽ. Gel. Pueꝝ iubet Taurus oleũ in
ollaz indere. Erat is puer genere atticus feſtiuiſſimꝰ
ȩtatis et gentis argutijs ſcatens: guttũ ſamiũ orẽ te/
nus imprudẽs inanẽ tanqꝫ ineſſet oleũ affectum/con/
uertitqꝫ eũ: et vt ſolutũ eſt: circũegit per omnẽ partẽ
ollȩ manu nullum inde ibat oleuz. Poteſt etiam dicẽ
vas in quo odorifera vnguenta ſeruanẗ/ꝙ inde gut/
tatim ſumanẗ. Serenus ꝓ vaſe vinario ſumpſit cuz
ait: Siue meri guttus ſeu frigoris efficit aura. Uar.
de origi. Ut vinũ minutatim funderet a guttis guttũ
appellarũt. Huiꝰ dimi. eſt guttulus. Plau. Ut guttu
lã hauriret ex guttulo.

Gutta: minima pars aquȩ vel alterius materiȩ liquidȩ:
hoc eſt ſtilla. Cuiꝰ dimi. eſt guttula.

Guttatim: per ſingulas guttas. Plautꝰ. Aedepol cor
miſerũ meũ quidem guttatim contabeſcit: q̃ſi i aquã
indideris ſalem.

Gutturniũ: vas ex quo aqua guttatim ĩ manus datur:
ab eo ꝙ ꝓpter anguſtias guttatim fluat.

Guttur accipit pro ea parte quȩ eſt a faucibus ad iugu
lũ: ſiue exterior ſiue interior ſit. Unde Piniꝰ. Gut/
tur homini tm̃ ⁊ ſuibus intumeſcit/aquaꝝ quȩ potan
tur plerũqꝫ vitio. Uirg. in Geor. Et lȩtȩ pecudes et
ouantes gutture corui. Plau. in Aul. maſcu. genere
poſuit ꝓ ano/cũ inquit. Etiã ne obturat inferiorẽ gut
turẽ: ne quid animȩ emittat dormiens.

Gutturoſi dicũtur/ quorum guttur tanqꝫ ſpongia qua
dam intumeſcit: ita vt hoc malũ non morbus ſed vi/
tiũ ſit. Ul. de ȩdilitio edicto. Si qs natura gutturo/
ſus ſit/aut oculos eminẽtes habeat.

## G Ante Y

Gyges: nomen viri propriũ: qui cȩli et terrȩ filius fin/
gitur. Aliꝰ fuit Lydiȩ rex. Quo etiã nomine dictus
eſt Lydiȩ fluuius.

Gygeus cũ ae diph. lacus Lydiȩ. Proper. Lydia gy/
geo tincta puella lacu.

Gymnos latiẽ nudꝰ dicit. Inde fiũt gymneſia ⁊ aphro
ſiades: inſulȩ ĩ mari illyrico: q̃s baleares vocant.

Gymnaſtes: ꝑcȩptor exercitioꝝ pueros exercẽs.

Gymnaſiũ: exercitiũ. Unde et ponit pro loco in quo
palȩſtritȩ exercebanẗ nudi et oleo vncti. Nam γυμ
νοσ latine nudum ſignificat. Uel dicit gymnaſium
γυμναζο exerceo. Unde gymnaſtica appellaẗ diſ/
ciplina exercitationis. Ariſt. libro. viij. polit. monet
adoleſcentes gymnaſticȩ tradendos eſſe: vt ita fiant
exercitatiores firmioreſqꝫ. Uerũ poſtea Gymnaſiũ
pro ludo litterario: ⁊ pro omni loco in quo fiat aliqđ
genus exercitationis ſumi cȩpit: cũ philoſophi gym/
naſia tenuerint/ ⁊ in illis diſputauerint: q̃ et ſcholȩ et
diatribȩ vocitatȩ ſunt: Unde apud rhetores ꝓgym/
naſmata prȩexercitamenta dicũtur: id eſt exercitatio/
nes quȩdã in dicendo/ anteqꝫ ad veras actiones de/
ſcendant. Aphthoniꝰ in rhetoricis: συνθεωαρχη
Τουρητοροσ προγυμνασ ματα.

Gymnaſtica: ars ſeu doctrina/ qua pueri exercentur.
Unde Ariſto. prȩcipit libro. viij. polit. adoleſcẽtes
gymnaſticȩ et pedotribiȩ eſſe tradendos. Plau. li/
bro. vij. de legi. Gymnaſticȩ nomine exercitationes
omnes bellicas cõtineri docet: eãqꝫ diuidit in ſaltati/
onẽ ⁊ luctationẽ.

Gymnaſiarches: gymnaſij/ ſiue exercitationis prin/
ceps/ et ludimagiſter.

Gymnoſophiſtȩ nudi ſapientes philoſophi indorum:
ſic dicti/ꝙ nudi incederẽt. Nã σοφισησ ſapiẽs di/
cit. Augꝰ libro. xiiij. de ciuit. dei. Cũ quidã nudi phi/
loſophanẗ/vnde gymnoſophiſtȩ nominanẗ. Et lib.
xv. Indorũ gymnoſophiſtȩ: qui nudi perhibenẗ phi/
loſophari in ſolitudinibus Indiȩ: a generãdo ſe co/
hibent. Hiero. cõtra Joui. Apud gymnoſophiſtas
Indiȩ quaſi per manꝰ huiꝰ opinionis auctoritas tra/
dit: ꝙ Buddã principem dogmatis eoꝝ e latere ſuo

virgo generarit. Hi ab exortu ad occaſum perſtare dicunt ſolē cōtuentes imobilibus oculis: feruentibꝰ harenis: toto die alternis pedibus inſiſtētes. Hi frigora niuiū ⁊ eſtus flāmę citra dolorē perferunt. Fertur Alexandrū macedonē ad eos acceſſiſſe dixiſſeq; petite quodcūq; vultis. Qui reſponderunt da nobis imortalitatē quā pręceteris optamus. Quibus ille ait. Cum ego ſim mortalis imortalitatē nemini pręſtare poſſum. Si ergo inquiunt mortalem te eſſe cognoſcis: cur non contentus patriis ſedibus: omnibus infeſtus totū orbē ſubiicere conaris. Suidas γυμνοσ οφισται παρα βαβυλωνιοισ οι φιλοσοφοι και παρᾶασ συριοισ

Gymnici ludi dicti ſunt quia in his ſe nudi atq; vncti exercebāt: in athleticis ⁊ paleſtricis certaminibus. Nero edidit certamen gymnicum.

Gyne γυνη apō grecos ⁊ mł̄ieres ⁊ vxores ſignificat

Gynecium: locus ſecretior in ędibus vbi ſole mulieres habitant: qui et gręce γυνοικων a mulieribus q̄s gręci γυναικασ vocant. Plau. in Muſ. Dare vult vxorem filio quantum poteſt ad eam rem facere volt nouū gynecium. Dicitur ⁊ hęc gynecōitis ni ſyllaba pro. mulierū (vt ita dicā) ſenatulus ⁊ in domo pars vt apud Uictru. Probus Aemilius. Nec ſedet niſi in interiore parte ędiū q̄ gyneconitis dicit̃ απο του οικω habito. Unde οικοσ dicit̃ domus a quo economus adminiſtrator rei familiaris: et economica q̄ ad rem domeſticā pertinēt. Oeconomia adminiſtratio Oeconomo villico. Andronitis vero locus vbi viri frequēter in domo ſunt.

Gypſus: genus cretę quę facile conglutinatur ⁊ indureſcit quo tectoria parietibus inducūtur: ⁊ facile formantur ſigna. Unde ⁊ pro ipſo ſigno quandoq; ponitur. Iuue. Et q̄ plena oīa gypſo Chryſippi inuenias. Multis in locis ex lapide coquitur alibi e terra foditur vt i cypro. Hinc formāt̃ gypſeus a um. quod ex gypſo eſt gypſatus a um qꝺ eſt gypſo infectū vel gypſo tectum.

Gypſo as: gypſo inficio ſeu tego. Tibul. Nota loquor regnū ipſe tenet quem ſepe coegit. Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Et gypſare ē gipſo obturare. Col. Cum deinde modice aruerunt in vaſa noua ſine pice operculata et gypſata ſicco loco reponito. Rurſus gypſare eſt medicaminibus ꝑfundere. Uñ Cice. Trebatio ſcribit medeā gypſatis manibus fuiſſe.

Gyrus latine circulus vel ambitus dici poteſt.

Gyro as: circūdo. Uñ regyro penul. ꝓdu. qꝺ eſt retro gyro. Uar. Quidā quę nō ſolum a lateribus per feneſtras: ſed etiā ſubtus a ſolo vētus regyrare poſſit.

Gyrtheū: opidū quod hercules ⁊ apollo depoſitis eo loci ſimultatibus cōmuni opere condiderūt. De hoc Liuius in Mace. bello. Gyrtheum inquit omnium maritimarū rerū lacedemoniis receptaculum. Hinc Gyttheates dicti ſunt in eo habitantes.

H Non poteſt eſſe finalis ſyllaba pręter ah ⁊ vah interiectiones: ſed per apocopen dicta ſunt: cum cōpleta ſint: aha ⁊ vaha: vel quia abſcondita voce ſolēt proferri interiectiones. Iungit̃ autē vocalibus omnibus ⁊ quattuor conſonantibus. ſ. C vt Chremes. P. vt Philippus. R vt Pyrrhus. T vt Thraſor ⁊ hoc vt valentius ſonet dictio.

## H Ante A

Habeo es ui itum: in vſitatiori ſignificatione. Plau. in Aul. Uirginem habeo grandem: dote caſſam atq; illocabilē. Et hęc eius propria ſignificatio quod gręci dicunt εχειν Per trāſlationē ponitur habere ꝓ tenere Sal. Tale periculum reip. haud occultū habuit Pro facere. Idem. Igitur comitiis habitis cōſules declarantur. M. Tullius ⁊ C. Antonius. Pro Tolerare Idē. Neq; cuiq; mortaliū iniurię ſuę paruę videtur: multi eas grauius ęquo habuere. Pro poſſidere tenere occupare. Terē. in An. At mihi vnus ſcrupulus etiā reſtat qui me habet male. Sal. in Iugur. Animus incorruptus eternus rector humani generis agit atq; habet cuncta: nec ipſe habetur. Uirgil. Hoſtis habet muros. Pro Credere Exiſtimare. Teren. in And. Semꝑ eius dicta atq; habita eſt ſoror. Pro dicere. Sal. Lareſum hiſpanię ciuitatē quā nūc tyrii mutato nomīe Gadirim habent. Pro habitare Plau. in Tri. He ſunt ędes: hic habet. Sal. Credo falſa exiſtimans ea quę de inferis memorantur diuerſo itinere malos a bonis loca tetra occulta fęda atq; formidoloſa habere Pro intelligere. Quod enim tenemus corpore: habemus quoq; item animo. Terē. in Heau. Habet omnē rem: pergā quo cępi hoc iter. Solet in hac ſignificatione in extremo materię elegāter poni. Cice. Hęc habui de amicicia quę dicerem. Pro accipere. Idem in Eu. Hic pro illo tibi munere honos eſt habitus ab eo. Pro Scire. Sal. Prorſus neq; dicere neq; facere quicq; pēſi habebat. Pro Deludere decipere. Plau. in Am. Is aduenīētis ſeruū ac dominū fruſtra habet. Pro tractare. Terē. in Hecyra. Nunq; ſecus habui illam: ac ſi ex me nata eſſet. Pro valere ⁊ incolumē eſſe in tertia perſona q̄nq; ſine ſuppoſito: vt bene ſeu male habet. i. bene vel male ſe res habet: hoc eſt bene ſeu male res ſe ſuſtētant: male ſe habet: hoc eſt egrotat aut bene vel male ꝓcedit res. Lactā. li. vii. Bñ habet iacta ſunt fundamēta vt ait eximiꝰ orator. Liuiꝰ li. viii. Bñ hab; inq̄t quirites: vicit diſciplina militaris. Res male habet me id eſt male ſollicitat afficit. Si res ita ſeſe haberēt quomodo ſe ⁊ rēpub. habuerint. i. gubernauerint ⁊ geſſerint. Male vel bene a te habitus ſum. i. acceptus ſiue tractatus ſum. Ci. Tullia noſtra valet Terentia minus belle habuit. i. minus bene valuit. Itē habet per ſe poſitum ſignificat ꝑcuſſus eſt: vt Donatꝰ inq̄t Et proprie de gladiatoribus dicitur ꝙ prius alii videant q̄ illi ſentiant ſe percuſſos eſſe. Teren. in Andria. Certe captus eſt habet. Idem in diuerſis locis idem verbum varię accepit. Unde Orationē habuit huiuſmodi: id eſt ſic elocutꝰ eſt. Sat habeo id eſt ſufficit. Nunquid habes qꝺ contemnas? id eſt nunquid inueniſti. Quandoq; habere eſt ſeruare detinere: vt eſt illud Saluſtii. In cuſtodiis haberent̃. Quandoq; pręhere exhibere: vt apud eundem in Ciceronē. Ita largitionibus corruptus eſt: vt ſeſe ac fortūnas ſuas venales habeat. Quandoq; Debere vt cū dicimus habeo tibi gratiam. Habere iter eſt proficiſci. Habere verba eſt loqui. Habere fidem verbis eſt credere. Teren. in Andria. Nam propemodū habeo tibi iā fidē. Et in Heauton. Seni noſtro fidei nihil habeo. Habere rationem ſalutis honoris rei familiaris: eſt habere reſpectum. Sed ſi cum ablatiuo conſtruatur mediante cum vt habet rationem cum terra idem eſt ac ſi diceretur habet negocium ⁊ cōmertiū. Cicero in Cato. Rem habet cum terra quę nunq; recuſat imperium. Idem in Tuſc. Quis eſt hominū qui modo cū muſis id eſt cum humanitate et doctrina habet aliquod cōmertium qui ſe non hunc mathematicū malit q̄ illum tyrannū. Et ad Atticum. Cum omnibus muſis rationem habere cogito. Habere rem eſt coire. Habere rem cum aduerſario eſt litigare. Habeo conuenire. Habeo polliceri. Habeo audire. Pro cōueniendum eſt mihi pollicendum audiendum. Cice.